



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

1. Philosophis non fatalibus omnibus ac Magistro sententiarum
prædeterminatiuæ præfinitiones absolutæ actionum humanarum fuerunt
semper inuisæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

CERTAMEN I.

Philosophis non fatalibus omnibus, ac Magistro sententiarum, prædeterminatiue præfinitiones absolute actionum humanarum fuerunt semper iniussæ.

1. **C**um res hæc ex naturali Philosophia disputari, ac defini optime queat, vii ex quæst. 7. parebit: merito, dum scholasticorum iudicia super illa exploramus Philosophorum de illa sententiæ exploranda etiam sunt. Et in primis Philosophorum Principes Platonem, & Aristotelem pro exclusione cuiusvis principij determinantis ex parte actus primi voluntatem ad alterum operationis extremum retulimus, ac recitauimus, præteritum quæst. 1. certam. 2. num. 2. 6. & 8. certam. 3. num. 1. & 6. dum nostram de actionibus consultationem, consilium deliberationem electionem, ac propositum, rerumque usum strictum Aristot. statuit. Inde etiam fatum ad actiones solum naturales restrictum, ne libera fatali necessitati, contra ipsarum libertatem, subiaceret, ut multis eius locis probat Iulius Sirenus 3. de fato, cap. 4. & 5. & à cap. 41. ad 44. quod ipsum de Platone ostendunt, Nemesius de natur. hominis, & animæ facultatibus, c. 38. & Ludou. Viues 5. de ciuit. c. 1. allegatis multis ex postremo eius lib. de Rep.

2. Nemesij primo loco sententia est. *Virtutem (ut pote sui iuris) carere Domino, & quia omnis Platonis oratio eo pertinet, ut electiones, & aliquas actiones ex electione in nostra esse potestate ostendat, ne ex necessitate legis æternæ rerum administratricis Sirenus cap. 44. cit. post med. Stoici (quorum Plato author) & fatum, & in nostra esse aliquid potestate tueretur. Et Plato ipse in gorgia, siue dialog. de Rethorica lib. med. ex Socrate: Quisque sibi imperet, ut temperatus, & sui ipsius potens sit, & v. superatibus, ac cupiditatibus suis imperet: tanquam scilicet actionum suarum dominus. De Stoicis cum Platone scribit August. lib. 5. de ciuit. cap. 9. sub init. dixisse: Non omnia ex necessitate fieri, quamvis omnia fato fieri contenderent. Et cap. 10. iuit. in his causis, quas sub necessitate esse noluerunt (Stoici) posuisse voluntates nostras; videlicet, non essent libera, si subderentur necessitati. Plotinus apud Theodoret. 6. de provid. post med. aiebat: Libera potestatis animalia, quæ mouentur ex se ipsis, modo in meliorem, modo in deteriorem partem inclinare possunt. Et Euripides apud Origen. 2. contra Celsum ante med. & apud Euseb. de præparat. Euang. lib. 6. cap. 6. aiebat: Quædammodum Latius dare operam liberis, & non dare, sic eius filius interficere, & non interficere poterat. Et si extabat de patricio vaticinium, Et Cicero de natura Deor. & 2. de diuinat. apud August. 5. de ciuitate, cap. 9. & 10. & Viues ibi, Libertatem omni necessitati vinculo solutam asseruit, cum autem concilianda cum hoc infallibilitati, & celsitudini præsciencie impar esset has erroneæ negauit.*

3. Audiendus tamen in hac sententiam est Aristot. 9. Metaph. cap. 5. text. 9. & 10. vbi statuit: irracionales potentias cum requisitis, & absque impedimentis necessario operari; racionales vero, seu liberas esse adhuc contrariarum factiuarum, & ad illa indifferentes. Ita enim dixerat textu comment. 3. *Quæ quidem cum ratione agentes omnes contrariarum sunt eadem, & quæ irracionales: una virtus: Eumque obicitur: quare simul facient contraria quod est impossibile: respondet: Necessè est ergo alterum aliquid esse, quod proprium (aliter) quod dominetur est, nec adeo commune utrique dico autem hoc appetitum, appetitionem, aut prohæresim (id est electio iudicij) quod enim desiderabis principaliter, hoc faciet, quoniam ut possit extiterit, & appropinquauerit passivo. Quibus verbis, & si ex parte principij aliqualem videatur determinationem requirere; non tamen illam requirit, sed proprietatem solum respectu actus voluntatis: eamque ponit in prohæresi, seu iudicio, quod ex duobus sequitur de facto appetitus, quod proprium*

Non 2 eius

Illustrat D. Fernandus Mascareñas cum his de rebus ad scribendum se contulit, adeo efficaciter oppositam doctrinam impugnauerit, adeoque constanter nostræ adhæserit, ut infra videbimus. Denique mittenda non est Dom. D. Ioannis de Borgia Augustæ memoratæ Maiordomi Maximi Regique Senatus Lusitani Consiliarij, Data ad Clementem eundem, Madridi 8. Iunii, anno 1601. Latina per nostrum Paulum Leonardum citata 1. p. 1. sect. 7. n. 30. motuum enim omnium, & actuum, quibus Molina doctrina impetita ab hostibus fuit, eiusque apud Hispaniæ tribunalia, Academia, & doctos quosque triumphorum compendiarie tanti viri historia est. Titulus, quibus Lusitanæ inquisitionis, & Regni authoritatî consilare debet initio recensitis ait: (Rumore ab aliquibus per totam Hispaniam diffuso, nempe prohibendam in vrbē concordiam liberi arbitrij cum gratia donis à P. Ludouico de Molina Societatis Iesv in lacem euulsam valde commotus sum. Quoniam, si sparsus rumor verus fuisset, non modo tristicia occasio fuisset pijs, & doctis quibusque eius Regni, periculi quoque non mediocritas zelationis, & authoritatî supremi fidei Senatus per S. Sedem ea in provincia erecti quæ me compellunt, ut Beatitudini repræsentem, P. doct. Ludouicum de Molina per viginti annos, quibus primariam Theologicæ facultatis cathedram Eboracensi in Academia moderatus est, atque per alios multos, quibus à pueritia ad extremam ætatem ibi vixit, eximia Religiosis virum computatum, & emendatione consummatissimum adeo, ut oraculi instar haberetur: cuiusque libri in pretio magno habentur cum generali approbatione: singulariter vero opus eius de concordia gratiæ, & liberi arbitrij: non solum, quia more communi data est eodendi facultas à Concilio S. Inquisitionis, & ab alijs Concilijs Regis Domini: Sed, quia ob denuntiationem quorundam Theologorum ex Castellâ Archidux Albertus, cum esset V. Sanctitatis Legatus à latere, & supremus inquisitor, mandauit cum omni diligentia, quæ obiciebantur, simul cum auctoris satisfactione diligenter examinari: quibus perpenis Archidux cum toto supremo Senatu iudicauit, censura dignum nihil reperiri: proinde non esse impediendum fructum, qui ab eo expectabatur libro, speciatim aduersus hæreses nostrorum temporum, V. Sanctitatem humiliter deprecor hac omnia perpendat; & quanti inconuenientis futurum sit Domini Archiducis V. Beatitudinis legatî & supremæ inquisitionis sententiam tunc cum circumspectione, & pondere latam reuocare: quare etiam toti regno amaritudinis condemnari doctrinam viri, quem maximi faciebat, & à quo utilitatem plurimam accepisse fateatur. Et, licet certus sum Theologos vrbis, quibus libri examinandi cura demandata est, tam graues esse, ut merus esse non debeat, quin suo fungantur munere cum integritate: tamen paria his in locis expectantia de medijs singularibus, & extraordinarijs, quibus huius P. hostes vbi sunt ad eum persequendum, mouere debet, ad diligenter considerandum eorum delectum, quibus censura commendatur, confido in Deo, & c. V. B. humilis seruus Don. Ioannes Borgia.) Porro & si ex his, quæ tota hac questione produximus concludi absolute nequeat, prædeterminatiue præfinitiones, quas insequimur damnatas ab omnibus Academicis, Romanis congregationibus, & sancta Inquisitione prorsus esse, nostramque eandem auctentem sententiam, uti certam commendatam, in hac vero nostram potius, quam in aduersam potuisse omnino concluditur.

QVÆSTIO V.

An per scholam veram Thomisticam, & Philosophorum, & Magistri doctrinam prædeterminatiue præfinitiones liceant?

PHILOSOPHORVM primo loco, & Magistri sententiarum cum antiquitatis nomine, tum, quia iam sectam propriam in scholis non habent exploranda sententia, ut postmodum ad celeberrimam Thomæ examinem venimus.

Christoph. de Orthege, de Deo Vno, Tom. I.

eius actus est, nec commune ipsi, & opposito; non autem de se determinatum ad illum. Appetitionem vero non ponit, vt determinatum necessarium ex parte actus primi ad appetitionem, neque cum requiri ad se ipsam, neque ad aliam, potest, ne processus infinitus deat, ni in aliqua fistatur appetitione, quæ immediate ab appetitu, seu voluntate oritur nullam appetitionem supponens. Hanc igitur ad operandum ad extra solum modum requirit, quæ operatio, cum solum mediatam libertatem ab appetitione participet, determinationem per illam non auferatur. Adde illud ex 3. Ethicor. cap. 5. init. *Nostri in potestate virtutes, & idemdem vitia collocari; quibus enim in rebus nostri in potestate situm est agere, in ijs & non agere; & in quibus non agere, in ijs est & ageres* vt ad hanc potestatem ad verum recte explicat S. Th. lect. 11. postea recitandus. Item 1. Perihemen. cap. 8. vt absurdum inferit. [Neque est quidquam, quod æque fieri, & non fieri possit: neque citi, aut non citi quidquam, sed omnia necessario eueniunt: & nihil est quod æque fieri, ac non fieri possit.] Et sub his, concludit: (Patet non omnia necessario vel esse, vel fieri; quæ quædam talia esse, vt æque fieri, atque non fieri possint.) Et subinferitur, [Quare, cum ita orationes sint veræ, quemadmodum scilicet res ipsæ habent, patet, & contradictionem ipsam, quæ circa res eas est, quæ sic se habent, vt æque fieri, atque non fieri, & esse atque res tales esse habent, & eandem perinde sese habere, atque res tales esse possint, necessario cum illis legem subire.] Et lib. 2. c. 3. post med: [Potentia igitur est, quæ participat rationum suarum, eandem plurimum sunt, & contrariorum; at, quæ sunt rationis expertes, non omnes: id est igitur, vt dictum est, non calefacere, & calefacere non potest: neque cætera quæcumque semper adu existunt. Aliqua tamen eorum, quæ potentias rationis expertes habent, opposita simul succipere (passive) possunt. Aliæ etiam in sententiam eandem Philosophorum testimonio dabimus q. 7. dum agens liberi definitionem statuas.

4. Accedunt Patres plures recitati q. 1. & 2. non vno
solum Theologia titulo, fed & Philofophia illuftrates: quan-
doquidem in vtraque eminuerunt. Sed præsertim Schola-
fticorum Philofophorum nomine referendi funt, qui ex
nominatiffimis, celeberrimisque Philofophis Chriftianam
religionem ingreffî, & fâncitiona vitæ, & facrarum literæ-
rum accurata meditatione, & intelligentia naturalis
fux Philofophia laudem non minuerunt quidem, fed ma-
gnopere auxerunt, & illuftrant, in quibus funt Boëtius,
Athenagoras, Iuftinus Martyr, Cyprianus, Nemeſius, Ire-
næus, Nazianz. Baſilius, Nemeſius, Synefius, Lactantius, Mi-
nucius Felix, Auguftinus, Ennodius, Damafcenus, & ex re-
citatîs q. 2. & 3. Antiquorum plerique, quorum teſtimo-
nia eis locis videri poterunt, ne hic otioſe repe-
tantur.

5. Ex Theologis referendus primo venit Magister sententiarum, & in primis locis ex ipso dantis contra praefinitiones praedeterminativas ad materiale peccati. Secundum dandis etiam pro definitione causae liberae. Tercio datis iam locis controuersi. 2. disp. 5. quæst. vii. pro concordia praefinitionis infallibilis Dei de nostris liberis actibus cum eorum libertate, quia illos non praecedit, sed subsequitur potius, & supponit. Audiendus praeterea est in 2. d. 25. c. 1. fac laus. *Habitatus voluntarius, & rationis libera est ad utrumlibet: quia libere potest moueri ad hoc, vel ad illud.* c. 2. negat ibi potestatem arbitrii esse praeteritam, & praesentiam (quia praesentia scilicet) *imo neque futura; sed ea tandem, quæ per liberum arbitrium possunt fieri, vel non fieri.* Vbi tantumdem valere posse fieri, vel non fieri, seu potestatem ad faciendum, vel non faciendum, atque arbitrii, & actionum libertatem ait, cap. 5. *Liberum dicitur arbitrium: quia sine coactione, & necessitate, valet eligere, quod ex ratione decreuit.* cap. 9. *A necessitate, & ante peccatum, & post, a quo liberum est arbitrium.* Sicut enim tunc cogi non poterat, ita neque modo. Ideoque voluntas merito apud Deum indicatur, quæ semper à necessitate libera est, & nunquam cogi potest: ubi necessitas, ibi non est libertas: ubi non libertas, neque voluntas: & ideo neque meritum c. 13. repetit esse à necessitate liberam, cap. vlt. *libertas à necessitate est pro naturam.* quæ consonant dictis ab ipso d. 5. init. & d. 24.

CERTAMEN II.

S. Thomas pro nobis apertus prorsus est.

Secondo loco pro sententia praefinitionis praedictae minuatius excludente adeo apertus, frequens, & constant S.Thomas, vt absolute, ac sine ulla lectione eius ratiocinatione, imo & citatione referendus esset, ni Dominici Patres habitus, & ordinis, quam mentis, concordia, ius priuatum, quod nunc, illum interpretantur ficut, & Thomistarum nomen sibi arrogantes Angelicum Praeceptorum in propriis quique sententias tradendi, vel inuitum, communem sibi (sibi neminem non femel, discordem) fecissent potestatem. Quoniam igitur in re praesenti se solos Anglici Praeceptores memant ac secutos, securitque iactant; Nolue in rem tam graui ipsius infensus hostes apud scholas, apud alie facultates, imo mere etiam laicos homines, infelicique mulieres, & plebem conueniant, & clamant pluribus illas res, vt omnibus vique operam eius obuiis cum ipsis infensum, testimonio vique operam eius obuiis cum ipsis infensum, nobis in hac materia amicillimum esse ostendendum hic erit. Et in primis videnda, quae ex ipso proximius controu. 2. d. 5. quaest. vii. cert. 3. a. num. 3. vb. inde solam praescientiae certitudinem cum contingenti vsque contingentia, & liberate conciliat, quia illa huius causa non est; neque hoc ideo erit, quia praescitur; sed potius ideo praescitur quia erit, atque esse, seu fore in se determinate ad sui praescientiam supponitur. Secundo quia eisdem locis aut futurum ex suis causis necessarium, vt sit, non habere, neque determinationem offendi infallibilem: ac proinde non posse praescientia Dei physice, ac metaphysice infallibilis, in suis causis cognosci futurum potius, quam non futurum: cum in illis, etiam coniunctim acceptis determinationem, & necessitatem effendi potius, quam non effendi eius futurum non habeat, sed solam indifferentiam, & indeterminacionem ad sui futiutionem, & non futuriotionem. Quare expectandum esse aut contingens in suo determinato esse existentium pro duratione respectu cuius determinata eius futurum est potius, quam non futurum, vt determinatur futurum à Deo infallibiliter absque sua contingencia, & libertate praedicito cognoscatur: quia necessitas obiectiva, quam praescientia infallibilitas supponit, est necessitas effendi futurum contingens in se, quandoque esse supponitur, seu necessitas effendi in se pro duratione, quia in se iam est, scilicet necessitas libertatis, & potestatis ad virtutis exercitium consequens; neque vlatenus natura antecedens, Qua doctrina Anglicus Doctor docet, quomodo determinationem, & necessitatem in coniuncto causarum contingens, vt hoc fit reiiciendum necessario esse, vt eius contingencia, & libertas seruetur; neque aliam determinationem, & necessitatem effendi cum contingens libertate posse consistere, nisi quod ex eo, quod in se ipso contingens esse laboratur: eam scilicet, quia omne, quod est, quandoque esse, necesse est esse, & quam conuenienter appellamus: igitur ex mente apostolicissima S. Th. quoties in coniuncto causarum futuri contingens inuenitur determinatio, & necessitas infallibilis, & antecedentes effendi eiusmodi futurum eius contingencia, & libertas aboleretur: neque alia necessitas, & libertas infallibilis effendi cum eius contingencia, & libertate componitur, nisi consequens, seu quia futuri ipsius potiori-
nem supponit: At qui praedeterminativa praescriptio Thomae supponit: At qui praedeterminativa praescriptio Thomae supponit: At qui praedeterminativa praescriptio Thomae supponit:

2. Eandem sententiam tradit q. 6. de malo art. vn. argum.
 Sed contra nostram ad eligendum libertatem in eo col-
 locans, vt voluntas hominis se habeat ad oppositas & non
 ex necessitate moueatur ad vnam. & sit Dominus & su-
 actus ita vt in ipso sit agere, & non agere. Ethic.